

chara Dei civitas fuit, aula coelestis, ferculum Salomonis, fons lucis, altare sanctorum sacerdotis. Beatus venter, qui et beatum filium concepit, et angelorum, et hominum beatitudinem genuit. Ac tandem, quia non solum difficile, sed impossibile iudicio, huius Mariani ventris laudes exaurire, Salomone dicente (Ecc1.4): *Quis investigabit omnia secreta ventris? licet dicenti facio*, cum muliere illa Evangelica (Luc. 12). *Beatus venter, qui te portavit*. Beatus ille venter iulactus, immaculatus, sanctus, illibatus, impollutus, seraphinisque purior. Beatus venter ille mundissimus, qui immortalitatis aditum roseravit, universum orbem locupletavit, ac divinae gratiae benedictionibus replevit. Beatus venter, per quem peccatores veniam, iusti gloriam, angeli laetitiam, totaque Trinitas gratiam percepit; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA V.

Celsissimae dignitatis Matris Dei praecellara multa encomia proferimus, in illa verba: Beatus venter, qui te portavit (Luc. cap. 11).

Maternitatis Dei sublimissimum dignitatem contemplan d. Thomas (3. part. q. 27. art. 1. ad 1) dicit: *Hic titulus, scilicet matris Dei, ut admirabilis est, ita admirabilis sanctimoniam universae civitatis postulat*: haec copiose adeo divina munificencia in b. Virgine effudit, ut d. Bernardus (hom. 4. sup. Miss. est) dubitet, an beatissima Virgo, divino aliquo lumine prae omnibus aliis copiosissime illustrata, plene dignitatem hanc cognoverit: etenim ait: *Quid est, El virtus Altissimi obambrahit tibi? qui potest capere capiat: quis enim, excepta fortassis illa, quae hoc sola in se felicissime meruit experiri, id intellectum capere, vel ratione discernere possit? Ecce, fortassis, dixit, dubitat ergo. At d. Augustinus (sup. Magn. tom. 9) indubitanter, et absque haesitatione affirmat, Dei genitricis dignitatem ab ipsa etiam Dei parente non plene agnitam fuisse: *Audacter pronuncio, quod nec ipsa plene explicare potuit, quod capere potuit*. Unde Andreas Cretensis (or. 1. de dorm. b. Virgin.) a solo Deo dignam laudem ei posse deferri putat: *Quam, inquit, Dei tantum est laudare pro dignitate*. Quare cum nihil pro dignitate laudari queat, quod pro dignitate prius non agnosceretur; consequens est, nullam creaturam, etiam angelicam, dignitatem Dei parentis plene commendare posse, cum nullus plene, et comprehensive illum agnoscat: ad id namque oporteret, Deum ipsum incomprehensibilem comprehendere, cuius ipsa beatissima Virgo mater est. Quamobrem d. Anselmus (lib. de excoll. b. Virg. cap. 2) postquam dixerat, dignitatem Matris Dei omnia quaecumque, praeter ipsum Deum, excellentia, et dignitate transcendere, solum nobis praebet fa-*

cilitatem, illam sincere contemplandi, et religiose ruminandi: verba eius sunt haec: *Hoc solum de sancta Virgine praedicari, quod Dei mater est, excedit omnem altitudinem, quae post Deum dici, vel cogitari potest, et altissimum quid habet ad contemplandum, et ruminandum mens humana. Hanc ergo altitudinem, et nos altius contemplerur, et ruminemus: nam tantsi comprehendere non sit datum, ruminare non est negatum*; hactenus d. Anselmus.

Primo, tanquam principium satis notum, et exploratum, omnes etiam philosophi, solo lumine rationis illustrati agnovērunt, quanto aliquid coniunctius est Deo, omnis bonitatis, et perfectionis perenni fonti, tanto perfectius, et excellentius iudicari. Si ergo ostenderim, beatissimam Virgine Dei parente nihil inter puras creaturas Deo coniunctius, aut arctiori vinculo cum eo copulatam concepi, aut excogitari posse, plane innolescet, Dei genitricis dignitatem longe omnem aliam dignitatem transcendere. Strictissimo sane unionis vinculo coniuncta sunt anima, et corpus; mors tamen illud solvit, animam a corpore dividens; imo et amor peccatis est suo modo hanc separationem facere, ut Salomon (Cant. 8) dixit: *Fortis est, ut mors, dilectio*: quia sicut mors animam distungit a corpore, ita, iuxta sententiam philosophi: *Amoris anima plus est, ubi amat, quam ubi animat*. Ecce separationem animae pro affectum a proprio corpore, quia adeo saepe effertur, ut, id experientia non semel comprobante, reipsa amanti animam abstulerit. Arcissima esse perhibetur coniunctio propriae passionis cum subiecto, ut philosophi docent: exempli gratia risibilitas cum homine; nihilominus tamen in dubium vertitur, an possit separari passio a subiecto, quibusdam affirmantibus, aliis vero negantibus. Unde utraque pars in opinionem abit. Deinde unionis hypostaticae Verbi divini cum humanitate, licet sit tanta arditudo, ut in morte Christi, separata anima a corpore, Verbum tamen divinum nunquam fuerit separatum ab eis; nihilominus tamen, communis est, nemine dissentiente, theologorum sententia, Verbum divinum de potentia eius absoluta dimittere posse humanitatem, coniunctionis vinculum cum illa penitus solvens. Ac tandem nullius mente concepi potest infimior, et arctior coniunctio, quam ea, quae propter summam Dei simplicitatem inter eius attributa ad invicem comparata, vel cum ipsa natura divina fides catholica in Deo nostro agnoscit; nihilo scilicet tamen, mens non solum angelica, sed et humana intelligentia, et ratione illa dividit; misericordiam a iustitia praedicandis, et nudam essentiali considerans absque attributis, et personis, immo in divina substantia illud genus divisionis invenitur, ut licet intellectus, et voluntas sint eadem simplicissima entitas, re vera secundum fidem catholicam, voluntate non generet Deus, sed intellectus, nec intellectus spirat, sed voluntate. Coniunctio autem matris cum filio, seu maternitatis cum filiatione tanta esse agnoscutur, ut neque cogitatione haec ab illa dividi, aut quo modo secerari possit. Cum ergo beatissima Virgo ad eam dignitatem ascenderit, ut theo-

cosos sit, hoc est, *Dei mater*, ut sacram Concilium Ephesinum contra Nestorii impietatem acerrime defendit, catholiceque definitum; consequens est, tantam esse cum Deo beatae Virginis coniunctionem, ut quatenus mater est, neque cogitatione separari quocummodo possit ab ipso Deo: ad quod sane respiciens sanctus Bernardus (hom. 6. sup. Miss. est), haec praecelara verba tanti Patris ingenio digna protulit: *Cum Deus sit cum omnibus sanctis propter concordiam voluntatis, specialiter tamen cum Maria, cum qua utique tanta ei consensio, et coniunctio fuit, ut illius non solum voluntatem, sed etiam carnem sibi coniungeret, ac si de sua, Virginisque substantia unum Christum efficeret, vel potius unum Christum fieret, qui, etsi nec totus de Deo, nec totus de Virgine, totus tamen Dei, et totus Virginis esset, nec duo filii, sed unus utriusque filius*; haec divus Bernardus. Sed et Ovidius in suis epistolis matrem illam introducit, filium suum vocantem, propter summam cum eo coniunctionem, viscera sua:

*Cum ea me coram silvas iuvenis in altis;
Viscera tantis ferret edenda lupis.*

Secundo, dignitatem Dei parentis id valde commendabilem reddit, quod Filius Dei utrumque eius ingrediendi ardentissimo desiderio flagrarit, ut his verbis adnotavit b. Andreas Cretensis (or. 2. de dorm. Deip.): *Tu es terra, quae es vera desiderabilis. Rex enim desideravit gloriam tuam pulcherrimam, et amavit divitias tuas virginitalis, et in te habitavit. Desiderium hoc contemplan s. Augustinus (sermon. 17. de Nativ. Dom.) quaedam verba adeo mysteris gravida protulit, ut singula sua expositione indigeant: etenim ad b. Virginem, antequam consensum praebet ad acceptandam Dei Matris amplissimam dignitatem, in hunc modum in persona Gabrielis loquitur: *Usque quo moraris, o Virgo nuntium festinantem? Intuere Dominum Deum, in coeli me vestibulo sustententem. Observa quaeso, vocasse se nuntium festinantem: sed quid quaeso, opus est, o Gabriel, tanta festinatione in peragendo negotio tanti momenti? peditentem res tanta pertractanda est. Deus ipse per plusquam quinque millia annorum propter summam rei gravitatem, quasi illud maturans, distulit; et nuncius illius festinanter vult rem tantam peragere? nuntium festinantem: sane Gabriel, probe agnoverat ardens Domini sui desiderium, quo tenebatur, virgineum thalamum ingrediendi; et ideo, tanquam fidelis nuncius, quantum potest, assensum ad ingressum eius accelerare satagit. Deinde subdit divus Augustinus in persona angeli: *Intuere Deum, in coeli me vestibulo sustententem*; non dixit, Deum sustinere, aut expectare illum in sede regiae maiestatis, aut solio gloriae suae, sed in vestibulo coeli, ad fores sui palatii; qua loquendi phrasi manifestus expressit ardorem divini desiderii in virgineum thalamum ingrediendi: etenim, cum quispiam ardentem adventum alicuius desiderat, impatienter desiderium ad fores domus illam propterare compellit, si forsan, quem desiderat adventantem, citius videat, ut**

fecisse legitimus matrem Tobiae iunioris, quae prae magnitudine desiderii videntur filium suum, ad fastidium montis condescendebat (Tobiae 10): *Anna autem ascendebat quotidie super culmen montis, unde prospicere poterat de longinquo. Titus etiam ardens Dei desiderii exhibito evidendissimo argumentum est, quod exilibo a beatissima Virgine consensu, nec per momentum ingressum in matris utero distulit, ut egregio observavit divus Augustinus (serm. 17. de Nativ. Dom.): *Nec mora, revertitur nunctus, et nuptialem thronum ingreditur Christus*; o mirabile, et inauditus huius desiderii ardor. Novet Dominus, antequam in materno utero foetura concipiatur, per quadraginta dies iuxta ordinem naturae in masculis disponi materiam; ipse tamen prae magnitudine desiderii beatae Virginis ventrem introeundi, supremi sui domitii auctoritate utens, naturae iura violans, quadraginta dies non expectat, sed in unico temporis momento, quo nulla brevior duratio excogitari potest, in utero beatae Virginis corpus sibi coapat, animam et infundit, et utriusque unionis hypostaticae vinculo sibi copulat. Unde loannes Damascenus (lib. 3. fidei ortho. cap. 2) dixit: *Non ita ut paulatim, tacitisque incrementis figura corporis absoveretur, sed uno eodemque momento perficeretur*; hoc idem Filii Dei desiderium non obscure probat, frequens, quem voluit, antequam homo fieret, de mysterio incarnationis in utero Virgineo celebrando, habere, sermo: quae enim ardentem desiderantur, frequenter in ore versari placet. Per Isaiam dixerat: *Ecce Virgo concipiet*; per Hieremiam: *Novum creavit Dominus super terram, mulier circumdabit virum*; per Michaeam: *Et tu Bethleem, terra Iuda, nequaquam minima es: eum te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israel*; immo et per Oseam obstinatis Iudaeis in Christum credere roponentibus, tantae obdurationis supplicium eis praegians, incarnationis suae ex Virgine meminuit; et per illam puniendos fore praedixit. Nam ubi noster vulgatus interpres legit: *Vae eis, cum recessero ab eis*; originale Hebraicum habet: *Vae eis, cum incarnatus fuero ab eis*. Ne autem cuiuspiam haec lectio commentitia videatur, parumque cohaerere vulgatae lectioni, legat, quae in commentario huius loci in haec verba scriptis noster doctissimus Lyranus: *Sciendum, quod iste est unus de passibus Scripturae veteris testamenti corruptis a Iudeis, secundum quod dicit frater Raymundus in hebraica lingua valde peritus: ad cuius intellectum sciendum, quod sic in hebraeo habetur: quia etiam vae eis, Beauride eis. Hebraei vero habent duplicem litteram, scilicet, *Somech, et Sin*, in sono, et alia charactera differentes; quando vero Beauri per litteram *Somech* scribitur; significat, in recessu meo; quando vero describitur per *Sin*, significat, Incarnationem meam; hic autem scribitur per *Sin*; et ideo haec est vera littera: quia etiam: vae eis, incarnatio mea de eis: assumptus enim Deus carnem de Iudeis, et ex hoc saeculum est, vae eis, quia pro maiori parte fuerant increduli, et persecutores Christi, et in vindictam mortis eius per Romanos cruciati, et captivi fuerunt, nec ille: quam intelligentiam**

a calumniis quorundam Hebraeorum erudite ibidem vindicat. Hoc tandem Dei desiderium, ardens amor erga beatam Virginem, quo divinam relecta aestuabat, vehementius inflammabat. Refert Hieronimus Brisein servam pulchritudine sua fortissimum Achillem captivasse:

Serva Briseis niveo calore nocit Achillem.

Quis fortis Achilles, nisi Verbum divinum, quod fortissimum est brachium Dei (Iov. 53): *Et brachium Domini, cui revelatum est?* hic ergo fortis Achilles captus fuit amore pulchritudinis, ac mirae sanctitatis servae, et ancillae illius, quae in medio exaltationis suae, dum mater Dei efficeretur, dum dignitate matris Dei invitaretur (Lucae 1): *Ecce ancilla Domini*, humiliter dixit. Vehemens igitur iste amor Dei erga b. Virginem magis, ac magis Dei desiderium excitabat, sacrum illum thalamum ingrediendi.

Tertio, dignitatem, et excellentiam matris Dei ex eo non parum exaltari arbitror, quod ipsemet Filius Dei consubstantialis Patri gloriatur, naturalem filium esse tantae matris, at non obscure indicat verba divi Matthaei (cap. 1) dicentis: *De qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* Inter omnia Dei nomina nullum gloriosius, ac maiore veneratione dignum, quam nomen, *Iesus*, indicavit d. Paulus, dum (ad Philipp. 2) in nullo alio nomine dixit, quam in nomine Iesu flecti omne genu tum caelestium, quam Ierusalem, et infernorum. Voluit ergo Dominus, cum a sacro Evangelista dicitur natus ex Virgine, illustriori, ac gloriosiori suo nomine nuncupari, ut hac ratione significaret, se filium tantae matris gloriari. Certo, cum contingit, principem aliquem humilem, et abiectam matrem habere, semper illam relecti cupit, nec aliquam eius fieri mentionem vellet; quando tamen illam nobili genere natam, varisque animi dotibus conspicuam omnino norum, mirum in modum gloriatur, talem sortitum fuisse matrem. Cum ergo videamus Christum Dominum principem pacis, voluisse a sacris historiographis natum ex Virgine praedicari, manifeste relinquatur, gloriosum sibi iudicasse filium esse tantae matris. Unde et in principio Genesis voluit nominari sexum, seu semen mulieris: *Inimicitias ponam inter te, et mulierem, semen tuum, et semen illius.* Ubi ut id obiter dicam, Rupertus (lib. 3. de Trinit. cap. 19) versans hunc locum, scite adnotavit, solum Christum ita esse semen, seu filium mulieris, ut non etiam sit semen viri; et ideo, non absque mysterio voluisse Dominum semen mulieris nuncupari. In evangelico tandem eloquio milites voluit Filium hominis nominari: quod idem prorsus est, quod filium Virginis appellari; quinimo et aeternus Pater sibi valde honorificum putat, beatam Virginem proprii filii sui naturalis veram esse matrem, ut non obscure mihi indicare videntur (Lucae 1) illa verba: *Moeque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Poterat sane veracissime b. Virgini dicere angelus: *Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius tuus;* at consulto id omittens dixit: *Vocabitur Filius Dei:*

ut significaret, ad illud sanctitatis, et perfectionis culmen beatam Virginem attingisse, ut aeterno Patri pergratum sit, filium Virginis, filium Dei et esse, et nominari: hoc perpendens d. Anselmus (lib. de excels. Virg. cap. 3) sapienter valde dixit: *Intendat mens humana, et contempletur, videat, et miretur: unum filium consubstantialem sibi Deus Pater genuit, hunc sibi unicum, et omnibus modis aequalem, non passus est remanere solummodo suum, sed eum ipsum in rei veritate esse beatae Mariae unicum, et naturalem filium.*

Quarto, regius propheta (Psal. 86) postquam dixerat de b. Virgine sub civitatis metaphora: *Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei.* inter alia, illud tanquam gloriosius apponit: *homo natus est in ea.* Posset quispiam merito Davidem interrogare, si cupiebat b. Virginis maiestatem, et excellentiam commendare; ut quid non dixit: *Et Deus natus est in ea?* hoc enim palam in maiorem b. Virginis coecleret gloriam, cum per se notum sit, maiorem dignitatem praesferre maternitatem Dei, quam hominis. Huic interrogationi illud occurrit respondendum, Davidem consulto eo loco contentum fuisse dicere: *et homo natus est in ea,* nam si vero proferret: *Deus natus est in ea,* timebat, ne inde ansam nonnulli arripere existimandi, beatam Virginem Deum esse, cum Deum pareret: et ideo ad hanc falsam existimationem propulsiendam consulto non dixit: *et Deus natus est in ea.* Ecce tanta est Dei matris dignitas, ut oporteat ipsos etiam prophetas caute loqui, ne beatae Virgini Deitatem deferentes in errorem inducerentur. Atque huc facit, quod d. Epiphanius, explicans illa verba Christi pendens in cruce, *Mulier, ecce filius tuus,* haeret in verbo illo *Mulier,* quare non potius mater, maxime tempore illo, quo maiore egelbat consolatione sacratissima *Virgo?* verbum autem illud, *mulier,* sicent, et asperum videtur. Respondet s. Epiphanius, consulto id fecisse Christum, ne si matrem eam vocasset, quam postea Dei matrem esse manifestandum, et praedicandum erat, quispiam eam ob id, et propter eximiam eius sanctitatem, et perfectionem, Deitatem aliquam esse putaret, aut seraphinum aliquem carne velatum; quare tunc in articulo mortis constitutus, relinquere voluit testatum, eam non Deum esse, sed mulierem: *Mulier, ecce filius tuus.*

Quinto, praeracientem adeo dignitatem matris Dei esse reor, ut in nullo divinatorum operum magna Dei omnipotentia magis effulgeat, quam in eo, quod beata Virgo facta fuerit mater Dei. Unde ipsa Deipara in Cantico suo cecinit: *Fecit mihi magna, qui potens est.* Nemo ignorat, Deum in opere creationis valde suam omnipotentiam manifestasse, cum ex nihilo tam coelum, quam terram, tam angelicam naturam, quam humanam effecit: nemo indicatur, in opere iustificationis maxime immotescere divinum omnipotentiam, cum filius perditionis in filium Dei transferatur. *Translati estis a morte ad vitam.* In opere etiam glorificationis divinum omnipotentiam mirifice ostentari tam notum, ut ad probationem non indigeat. At nullo mirabilius, et gloriosius illa in maternitate Dei

praeferret: quia in illis omnibus, quantum valet Dei virtus, et potentia, in creaturis innotescit; at cum beatam Virginem Dei matrem fecit, quod neutiquam praestare poterat, nisi ipse ex ea carnem assumeret, manifestavit, quantum possit divinae virtutis eius potentia erga seipsum operari, quod certe nunquam expertus fuerat, quousque beatam Virginem in matrem accepit: tunc enim experientia ipsa didicit, si ita fas est loqui, eo peringere potuisse omnipotentiam suam, ut spiritum faceret carnem (Ioan. 1): *Et Verbum caro factum est: et Deum hominem constitueret: Et homo factus est: et qui substantia est increata, et inoperata sit opus manuum suarum.* Certe artifices, quantumcumque primi, ac peritissimi regia palatia mosaicis, dorico, aut corinthio labore quamvis construant, se tamen ipsos construere non possunt, nec fieri opus manuum suarum: hoc enim divinae Dei omnipotentiae est reservatum, qui cum sit omnium Creator, potuit fieri creatura; atque adeo se ipsum hominem effingere, et formare, terminando dependentiam naturae humanae, ut loquuntur theologi, ac suppledo in Christo per suam suppositalitate vicem suppositi humani, quo nullum excellentius opus divina valuit operari virtus: ob quam potissimum causam in eo conficiendo comparatur figulo (Hier. cap. 18): *Descendi in domum figuli, et ecce ipse faciebat opus super rotam, et dissipatum est vas, quod ipse faciebat et luto manibus suis, conversusque fecit illud, vas alterum, sicut placebat in oculis eius: in quo typo hominis lapsus, et instauratio exprimitur. Vere enim homo, quem Deus et luto formaverat, vas erat fictile, quod tam cito fractum est, ut adhuc volvente rota, fractum fuisse videatur. Idcirco enim dicitur (ibid.): *Faciebat opus suum super rotam, et dissipatum est;* verum, eo fracto, figulus alterum vas longe pulchrius, Christum videlicet, efformavit, in quo genus humanum in primo Adam dissipatum, rursus, tanquam in secundo, instauraretur. Ratio vero similitudinis, praeter alia, colligitur ex figuli descriptione, quae commemoratur (Ecclesiast. c. 38): *Figulus sedens ad opus suum, convertens pedibus suis rotam, qui in solitudine positus est semper propter opus suum et in numero est omnis operatio eius;* alias legitur numerata in brachio suo formabit lutum, et ante pedes suos curabit virtutem suam. Ubi notanda sunt postrema illa verba *curabit virtutem suam,* quasi enim necesse fuit, ut omnipotentiam suam Deus usque ad ultimum exerceret, et quasi curaret, et flecteret, ut ad tantum opus efficiendum pertingeret, ac difficultate curvatam fuisse, quemadmodum figulus fecit fortitudinem suam incurvando se deorsum ad perfectionem operis.*

Sexto, inter pleraque alia, quae maiestatem, et excellentiam matris Dei ostentant, illud supra modum mirabile est, quod ad conceptionem Filii Dei naturam humanam induentis, nulla creatura, nisi sola b. Virgo propria, et veram causam, aut physicum concursum ad illam exhibuerit. Quare verba illa d. Matthaei, *De qua natus est Iesus,* de sola ipsa verificentur, quia ex sola illa, et in illa, Spiritus

ritu saneto cooperante, Filius Dei humanam carnem induit. Atque hinc est, quod si vera est sententia eorum, qui dixerunt, quod cum sola b. Virgo causalitatem exercerit ad conceptionem, et formationem Christi Domini, et Christus vere sit Deus, consequens sit, ut sicut ipsa vere sit causa Dei Genitrix Dei, ita in eodem sensu veraciter sit causa Dei: etenim cum omnibus, qui temporaliter necessario general, causet, et causare sit ratio superior ad generare, et in eo essentialiter inclusa, manifeste efficitur, ut in quo sensu veraciter dicitur de b. Virgine, quod genuit Deum, in eodem vere enuncietur, quod causavit Deum; et quidem cum arbor vere sit causa sui fructus, et Christus Dominus vere et proprie sit fructus virginis uteri, iuxta verba Elisabeth (Lucae c. 1): *Benedictus fructus ventris tui,* consequens est, ut beata Virgo fuerit causa huius fructus; et cum rursus talis fructus vere sit Deus, consequens etiam est propter communicationem idiomatum, ut vere Deipara dicatur causa Dei. Unde sicut sensus primae propositionis non est, quod genuerit Deum, in quantum Deum reduplicat, sed specificative, Deum hominem, ut scholasticis theologorum terminis utar, ita et sensus secundae propositionis est, quod causaverit Deum, non in quantum Deum, sed Deum hominem. O stupendum, et ineffabilem b. Mariae, Dei parentis, dignitatem, ut cum alioquin Deus sit prima, et universalissima omnium causarum, a quo omnes pendunt in esse, et operari: *in ipsa enim vivimus, movemur, et sumus,* ut ait d. Paulus, ipse voluerit ab ea dependere in generari, nec alia carne indui, quam per veram generationem, et propriam causalitatem a b. Virgine exhibita. Unde ob tantum portentum in admirationem raptus d. Ansel. (orat. ad b. Virg.) ingeniose dixit: *Mira res, in quam sublimi contemplor Mariam locatam: omnis natura a Deo est orta, et omnis Dei natura ex Virgine.* In ore omnium versatur illud in vita Aristoteles philosophorum principis, quod, cum Deum esse agnovisset ex eo, quod necessarium iudicaret dari unam primam causam, a quo omnes causae penderent, et illa a nulla, ne alioquin in Scyllam, seu Carybdim incideret, instans iam sibi morte in illam vocem prorupit: *Causa causarum miserere mei.* Si igitur Aristoteles indicavit, et merito, nunguam dignitatem, ac excellentiam Dei redolere esse causam causarum creaturarum, quae facile penderent, et in nihilum ab eo redigi possunt, Davide dicente (Psalm. 33): *Auferes spiritum eorum, et deficient;* quam excellentiam, quae, quam dignitatem, cum honoris splendorem b. Virgini Dei parenti deferret Aristoteles, si agnovisset, illam causam esse non causarum secundarum, sed ipsius primae causae, cui ipse dicebat, *Causa causarum miserere mei.* Arbitror certe ipsum lapsurum in eum errorem, in quem ingenuus fassus est, incidisset d. Dionysius Aroepagita, quando primo beatam Virginem vidit, qui nisi fidei catholicae veritas ei obtulisset, Deitatis cultum ei deferret. Dixi tamen consulto, et notanter a principio, si vera est eorum sententia, qui dicunt, in eodem

senso, in quo b. Virgo dicitur Mater Dei, posse etiam dici, causam Dei: hoc enim non omnes theologi concedunt, tum quia cum dicitur, Mater Dei, in ipso nomine Matris determinatur humana generatio, per quam Deus factus homo ex b. Virgine processit; nomen autem causae non determinat productionem. Unde si beata Virgo diceretur causa Dei, Deus denominaretur causalus, et effectus: quae enunciations sunt falsae, quia simpliciter non est factus, sed est factus homo. Ac tandem, quia cuiuscunque rei, respectu cuius creatura habet causalitatem, Deus etiam est causa illius; atque adeo si b. Virgo esset causa Dei, Deus esset causa Dei, quod absurditatem praesertit; sed hoc hic definire non est huius loci.

Septimo, accedit ad honoris cumulum dignitatis Matris Dei, quod voluerit Dominus ex eius consensu pendere salutem humani generis, ac liberationem eius a servitute satanae. Etenim cum tota nostra salus, ac libertas sita fuerit in Incarnatione Verbi divini, et hanc non aliter fieri, quam dependere a consensu b. Virginis, Dominus decrevisset, consequens est, humani generis salutem, et libertatem a b. Virginis consensu dependisse. Porro Deum b. Virginis consensum expectasse ad sumendam carnem in eius utero, his praeclaris verbis edocuit doctissimus Gulielm. (in c. 4. *Cantic.*), ubi exponens verba illa: *Fovus distillans labia tua*, haec scripsit: *Deus misit Gabrielem ad beatam Virginem, ut ei mysterium incarnationis, et redemptionis panderet, atque eius consensum flagitare: volebat enim omnipotens carnem sumere ex ipsa, non dante ipsa, sicut somperat de dormiente, et non dante Adam, unde formavit Evam. Ad futurae matris excellentiam non tantum ex ipsa carnem sumere, sed etiam ab ipsa, volebat; et ideo propter b. Virginis consensum dulcissimum dicitur (Cant. 4): Fovus distillans labia eius; haec ille. Verba autem, quibus assensum praebuit, nemo ignorat illa fuisse: *Fiat mihi secundum verbum tuum*. In quibus illud observatio dignum arbitror, quod cum aliquin Moyses rerum creationes enarrans, postquam dixerat, *Fiat lux*, continuo subiunxit: *Et facta est lux*; et postquam dixit, *Fiat firmamentum*, ac tandem, postquam dixerat, *Congregentur aquae quae sub coelo sunt, in locum unum, et appareat arida, confestim subdit: Et factum est ita*; Evangelista tamen referens factum b. Virginis, silentio praeterit factum esse illius; nunquam dixit: *Fatum est*; ita sane mysterio vacare non potest, quod cum sacer Evangelista in exordio suae Evangelicae lectionis ex professo enarrandam assumperit Incarnationem Verbi divini, et conceptionem eius in utero virginico, promissionem angeli expresse proponat: *Quod nasceretur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei*: consensum deinde huius promissioni a b. Virgine exhibitum, et acceptionem eius palam testatur verba b. Virginis recitans: *Fiat mihi secundum verbum tuum*, effectum tamen omnino praeteriit: Verbum re ipsa carnem assumpsisse, et Deum hominem factum non exprimit, nec factum aliquod illi fiat respondisse commemo-*

rat. Et quidem, si decebat testificari in creatione mundi ad fiat Dei factum esse fuisse consecutum, decentius multo videbatur, ad fiat b. Virginis in restauratione eiusdem mundi factum esse, illius non relicti, sed palam illud exprimeret. Ego sane libenter audirem doctiores me nodum huius difficultatis solventes; arbitror quidem, nisi mea me fallit opinio, quod cum iam in populo Dei satis pervulgata essent vaticinia Verbi divini Incarnationem, et conceptionem eius praenunciantia, nihilque aliud ad eorum impletionem, cum iam tempus adventus Filii Dei accessisset, quam b. Virginis consensus desideraretur, supervacaneum putavit sacer Evangelista, enarrato b. Virginis consensu, per illa verba exhibito: *Fiat mihi secundum verbum tuum*, factum esse illius commemorare, cum per se notum esset, Deum suae promissioni non defuturum. Quod si cuiuspiam videatur, etiam per se manifestum esse, efficaciam Dei fiat habiturum esse sum factam esse, non distitit; nihil secius tamen Moyses non contentus dicere, fiat Dei: adiecit, factum esse: *Fiat lux, et facta est lux*. Alia ergo videtur ratio illius praefinitionis assignanda: mihi certe non alia detegitur, nisi quod Deus tantum habuit fiat b. Virginis, ut illud magis honorari voluerit, quam suam propriam fiat: volens fideles agnoscere, adeo tam mirabiliter efficacitate, ac tam potenti virtute coelitus praeditum fuisse fiat b. Virginis, quod exhibuit ad Incarnationem Verbi divini, ut etiam, Evangelista factum esse eius praeterite, indubitanter credat in eius utero tunc Verbum carnem factum esse; propterea mihi videtur, voluisse Deum talem deferri honorem huic b. Virginis fiat, quia si rem altius perpendamus, praestantius, et excellentius, ac nullo nobis utilis, quam fiat Dei in rerum creatione sapienter indicandum est: etenim ad fiat Dei (*Joan. 1*): *Mundus per ipsum factus est*; ad fiat autem b. Virginis (*ibid.*): *Verbum caro factum est*: ad fiat Dei homo factus est in animam viventem per unionem corporis cum anima; ad fiat vero b. Virginis Deus factus est homo per unionem Verbi cum humana carne; quod si tanto nobilitas est fiat, quanto res per illud facta nobilitas, et praestantior esse perhibetur; quia ut commune fert philosophorum axioma, actiones specificantur a terminis, et ab eis perfectionem suam sumunt: consequens est, tanto nobilitas, debita proportione servata, ceteri debere fiat b. Virginis, quam fiat Dei, quanto nobilitas est conceptio Christi ex b. Virgine, quam productio primi hominis ex limbo terrae. Unde quemadmodum d. Paulus (*epist. ad Roman.*) dixit: *Invisibilia Dei a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur*: nam ex rerum creatione ad notitiam omnipotentiae divinae ex pulchritudine, et profusione universi ad agnitionem divinae bonitatis: ex regimine tandem, et gubernatione totius ordinis ad cognitionem divinae sapientiae ascendimus; ita congrue satis de b. Virgine licet nobis dicere (*ibid.*): *Invisibilia eius per ea quae facta sunt ab illa intellecta conspiciuntur*, cum per illam, et ex illa Deus factus sit homo.

Octavo, illud dignitatem beatae Matris Dei sublimem luculenter satis commonstrat, quod excepta dignitate Filii Dei naturalis, quae propria est Christi Domini, omnem tam angelicam, quam humanam dignitatem longe transcendit, ut b. Petrus Damianus his verbis eleganter edixit (*serm. de Assumpt. b. Mar.*): *In illa inaccessiblei luce pertucens sic utrorumque spirituum, id est, hominum, et angelorum habet dignitatem, ut in comparatione b. Virginis, nec possint, nec debeant apparere*. Certe Deus in Ecclesia se gessisse mihi videtur, sicut rex in regia sua, qui munera, et officia domus suae inter familiares distribuit: hunc enim praepositum maximum aulae facit, illum camerarium, hunc thesaurarium, illum a consiliis: sed omnes istos famulos, et ministros appellamus; sic Deus nosler munera, et officia Ecclesiae suae suis familiaribus impertivit, uti Apostolus asserit (*ad Ephes. 4*): *Et ipse, scilicet Dominus, dedit quosdam apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores et doctores*. Magna munera haec, et dignitates eximia, Apostolum vel prophetam esse vel Evangelistam, etc. sed ad quem finem haec subdit Apostolus: *In opus ministerii, in aedificationem corporis Christi; in opus ministerii? ergo ministri omnes isti: illa est: quid enim existimas Apostolos esse, nisi evangelicos nuncios, propter eos missos, qui haereditatem capiunt salutis? Unde illorum quidam (2. ad Corinth. 5) dixit: Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo eorum pro nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo*. Legati ergo, et nuntii Christi, Apostoli sunt. Quid vero prophetae? a secretis Christi. Quare prophetae vox est (*Isai. 28*): *Secretum meum mihi, secretum meum mihi*; et illa David (*Psal. 50*): *Incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi*. Quid doctores et praedicatores nisi famulos facis, ut vocant, David dicente (*Psal. 118*): *Lucerna pedibus meis verbum tuum? Quid martyres, nisi milites, ac duces exercitus Christiani, qui ob defensionem fidei, et amorem Christi sanguinem, et vitam ipsam traderunt? Quid virgines, nisi famulas regiae coelestis? Quid autem omnes isti, nisi famuli, ac ministri Domini Dei? in opus, inquit (*ad Eph. 4*), ministerii, in aedificationem corporis Christi: immo quid angeli sint, dicit Apostolus (*Hebr. 1*): *Omnes, inquit, sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos, qui haereditatem capiunt salutis*. Unde praclare ut assollet d. Bernardus (*hom. 1. sup. Miss. est*), explicans illa verba (*Luc. 2*): *Fili, quid fecisti nobis sic? inquit: Quis hoc audiat angelorum? sufficit eis, et pro magno habent, quod cum sint spiritus ex conditione, ex gratia facti, et vocati angeli sunt, teste Davide, qui facit, inquit, angelos suos spiritus. Maria vero matrem sic agnoscent se manifestant illam, cui ipsi cum reverentia servant, cum fiducia suam nuncupat filium*. Omnes igitur huiusmodi dignitates sublimes esse non nego; ad ministros autem pertinere assero. Dignitas vero matris Dei, quatenus talis non ministrantis, sed dominantis est, mater enim regis in aula regia, non famula, sed hereda, non ancilla, sed regina est; sic Christi Do-*

mini mater in regia illius domo regina est, et Domina, cuius dominium in eo plane Christi dominium superat, quod ille subditas solum habet sibi creaturas, et super illas solum dominatur; at b. Maria subditum sibi habet Deum, ut d. Lucas testatur, *subditus erat illis*; et tanquam mater filio suo dominatur, immo non solum sibi illum subditum fecit, sed et sponso suo Iosepho. Unde d. Bernardus (*praef. loc.*) subiecit: *Ille, cui angeli subditi sunt, cui principatus, et potestates obediunt, subditus erat Mariae, nec tantum Mariae, sed etiam Iosepho propter Mariam*. Ecce tanta est dignitas Matris Dei, ut quia maiestas, tanta sui principatus virtus, ut quia Ioseph sponso b. Virginis erat, ipsum Deum subditum sibi habeat.

Ad extremum, finem dicendi facio, illud honoris decantatis a me hucusque Marianis encomiis addicens, quod licet tanta sit magnitudo, ac sublimitas dignitatis Matris Dei, totque ac tam portentosa sint divina charismata illi annexa, b. tamen maternalis Dei, si non ex condigno, sed dignissimum exhibuit, et illa coelitus sibi dari meruit, ut perlepidè cecinit Sibylla Hellepontica, vel Troiana, ut auctor est Hercules de oraculis Sibyllarum:

Dum meditor, quondam vidi decore praellam;
Eximio castam quae se servaret honore:
Munera digna suo, et divino numine visa;
Quae sobolem multo parentis splendore micantem.

Unde et d. Ioannes Damascenus (*or. 1. de nat. b. Virg.*) dixit, dignam fuisse b. Virginem filium habere Creatorem, quae sola Creatore digna erat. Sicut autem b. Virgo propter dignitatem Matris Dei, mutata nobilitate a prole sua, omnium creaturarum nobilissima esse perhibetur; ita stemmata, quae vulgus arma vocat, et nobilitatis insignia sunt, omnium stemmata nobilitate, et splendore longo intervallo superat, b. Petro Damiano (*ser. de Nat. b. Virg.*) dicente: *Haec per clarissimam sobolem, omnium humani stemmatis excedit nobilitatem*. Imperatorum aquila biceps, hoc est, duplici capite constans, gloriosius censetur stemma; at Deiparae Virginis generosior alia biceps aquila, stemma esse perhibetur, Christus scilicet Dominus ex duplici natura constans in unitate suppositus, una divina, per quam est imago Patris, alia humana, per quam est permixtus matris. Quod si Imperatorum stemma est aquila, quae in splendentem solem oculos non figit; b. Virginis certe stemma est ipse Sol iustitiae, qui illum nat omnem hominem viventem in hunc mundum, nube tamen humanitatis ita obtectus, et involutus, ut manibus tangi poterit, ut d. Ioannes lesatur (*cap. 1*): *Et matris nostrae contraeclatent de verbo vitae*. Si Imperatorum stemma regia aquila est, aurea corona cinctum habet caput in signum regiae auctoritatis, et regalis imperii; certe b. Virginis stemma ille est, de quo Daniel (*cap. 2*) dixit: *Ipsa transfert regno, atque constituit*: et d. Ioannes (*in sua Apoc.*): *Regem regum, et Dominum dominantium illum nuncupavit*. Quod si

imperatorum stemma, perspicacissima aquila est, uno capite versus orientem, alio versus occidentem respiciens; stemma Deiparæ Virginis est, qui sedem habens in coelo terra scabellum est pedum illius, Isaia dicente (c.61): *Coelum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum.* Ac tandem, si imperatorum stemma, aquila est manibus suis regium scutum sustentans; stemma b. Virginis est ille, qui tribus digitis appendit molem terrae. Cum ergo Dei matris dignitas ex tam multiplici capite praecellat, omnis mater et cedat. Eva iusti Abelis mater cedat. Sara mater obediens Isaac cedat. Rebecca mater Jacob, coelestis contemplans, cedat. Anna mater Samuelis, divinitus multa prophelantis, cedat. Bersabea mater sapientissimi Salomonis, quia *plusquam Salomon hic cedat.* Cedat mater Octaviani Augusti, universi orbis domini, de quo d. Lucas (c. 2) ait: *Exiit edictum a Caesare Augusto, ut describeretur universus orbis.* Cedat tandem Olympia Alexandri illius mater, de quo sacra eloquia testantur, sitisse terram in conspectu eius. Quia licet singuli istorum omnium magnanimitate, fortitudine, obedientia, animi generositate, immo et sanctitate, aliisque naturalibus vel supernaturalibus animi et corporis dotibus conspicui fuerint, omnes tamen homines fuerunt, atque adeo fragiles, labiles, et lapsi; beata autem Virgo filium habet, non purum hominem, sed pariter Deum, et hominem; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VI.

Prosequimur idem argumentum ex septem insignibus matris, quarum divina eloquia meminere, excellentiam Dei Matris deprehendentes in eadem verba; Beatus venter, qui te portavit.

In sacris historiis reperio, beatam Virginem Mariam octies appellari *matrem*, bis nempe in Cana Galilæa, et sub cruce, ne forte mulier parcior propter sexum leviter signandum; mater vero multoties dicta propter partum serio notandum. Partum autem non communi ratione, sed supra omnem naturae ordinem, enim; propter quem et illa mater matrum, inter omnes mulieres, et matres benedicta censetur. Prode in hoc orbis theatrum septem illas veteris aevi matres, quae olim, cum fissent steriles, et ex certa specialique Dei benignitate parentes evaserunt, nulla sanctorum cunctis nuncupatur mater; Maria consecuta est. Puritatem vitae desideras? nulla sanctorum dignitatem quaeris? nulla honorificentiorum parturienti et patiendi modos? nulla praeter in-suetum: Sara a Petro celebrata, quia obediens Abrahæ, dominum eum vocans: Rebecca laudata, quia in hospitibus munifica, et camelis ipsius potum præbens: Rachel, quia pudica, facie decora, et venusto aspectu: mater Sampsonis, quia religiosa, nec vinum, nec sin-

ceram bibens, nec immundum quidquam contingens, sed Deo libamina offerens: Anna Helcanae, quia devota, multiplicans preces coram Domino, et vota, et pendens: Ruth Moabitidis, nam et haec, nomenis Domino dante concepit, quia gentis, et sui Dei gentilis velozepia sequax: non secuta juvenes pauperes, sui divites diceret (Ruth 4): *Populus tuus, populus meus, et Deus tuus, Deus meus.* Facia exemplum virtutis in Ephrata, tulit celebre nomen in Bethleem. Postremam habeo Iohannis parentem Elisabetham, quae cum marito ambo iusti ante Deum incedentes in omnibus mandatis, et iustificationibus Domini sine querela, Vigilabant haec septem, ventre steriles, mente foecundae.

Tamen comparatione b. Mariae, aurum illarum arena est exigua, aquae limpiditatis claritas, sive in Dei cultum, sive in proximi beneficium promptitudo, guttula est stilulae ad immensum oceanum meritorum octavae matris, *Multae filiae congregaverunt sibi divitias.* Maria vero supergressa est universas. Saram prædicas ex obedientia? Quid mirum, lege tenebatur, naturae conditione adstringebatur, ut uxor marito, ut foemina viro subiecta. Maria in purificatione ex lege parei, et parei prompta, parei coeca: prompta post illum diem lege praescriptum, nec hora moratur, quo ferebat spiritus, non quo Moyses cogebat, gradiebatu coeca, cum nonnulli probro suo, cum probro filii sui; quasi non ex Spiritu sancto superveniente concepsisset filium: quasi non ex virtute Altissimi inumbrante peperisset. Rebecca munificentiam laudas? non magna probro, et camelis non nisi aquam effudit. Quanta haec Mariae, quae orbi viso propter virtutem, in viso propter flagitium, bonis, et malis solem suum oriri fecit: quae illum, heu ignotis praedonibus dedit, in quo sunt omnes thesauri sapientiae, et scientiae Dei absconditi: quae salutem Dei, paratum ante faciem omnium populorum, quae lumen accensum ad revelationem gentium, et gloriam plebis suae Israel, ante vultum eorum, qui velut fumentia, computruerant in stercorebus suis, abiecit, ut quae contemplari in aspectabilem Moysen politiscent, fascis involvit, et texti. Venit hora, cum vinum quoque miraculo ex aqua factum propinabile: vere, ut possit appellari (Cantic. 4): *Fons hororum, puteus aquarum viventium, quae sunt impetu de Libano.* Verior enses, id est, fons solis: positus et regione ascensus Adommi, id est Dominorum posita ad ascensum mortalitatis nostrae ad immortalem, pauperis ad ditem, carnis ad Verbum, hominis ad Deum; in cuius profundo ascendit homo ad cor illud attingue Altissimi Filium, Dei virtutem, et Dei sapientiam, et exaltatus est Deus; simul in unum dives, et pauper. Rachelem miraris venustam aspectu et facie decoram? pudoris ostio tinxeras genas? aqua perenni? qua non evanido? Iacob accedit, se fratrem prodit, vocem in fletu elevat; et levat et manus. Illa regitri neque in publico coram pastoribus in peccata ex vultu, neque ex moribus, neque ex literis cogniti amplexus, et oscula ruit: nam Iacob *aliquando grege, osculatus est eam;* insignem verecundiam, columbinum osculum,

proliorem parentis sui. Respire mihi Mariam primogenitam pudoris filiam. Angelus stellato decorus lumine, Nazarethanum visitat, familiaris, saepe olim visus ex consiliis, sed illa coelesti conversatione intus, et in cute notus, conturbernalis Dei Salvatoris, non hominis corruptoris nuncios; in penetrabilibus solam ipse unicus reperit, divinos conceptus, non humanos, illibatos, non temerantes ei vovet partus: turbatur illa, haeret, vultum roseum demittit, verecundiae velum oppandit: virum, complexus viriles ignoro, respuo, horreo. Liliū ego inter spinas illi devotum, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, et inclinentur umbrae, liliū spinoso sepe continentiae oculosum, liliū puritate candens, sed verecundia rissatum. Quis cocus, aut vermiculus hoc liliū rubens adaequet? bonum aspectum genae tuae, o Maria (Cant. 4): *Sicut fragmen vultu punci absque eo quod intrinsecus latet, ut fragmen pomi coronati, et intus granorum, et extimi corticis rubore gratum; illa facies tua illa decora, et intus modesta cogitatione, et extra verecundia turbatio, non omnibus probatur.* Sampsonis mater abstinentia, et religiosa, aquis pota, munda ab immundis, liba offerens Deo: myrrhata manus, abstinentiae, et hinc Dei timoris, et exinde concupiscentiae compressae, vel quasi enecatae instar hoedi, vel magis odoratae hostiae myrrham spirans. Quid haec odora menta ad Mariam odorem? quae ut primum surrexit, ut dilecto suo aperiret, voluntatis suae scilicet sensum, et assensum, hanc petro culto adhuc in utero materno concisam, aris divinis intulit, et ex illata, prorsusque caelesti ardore exusta, corpus quoque ipsum, Adami portionem compressit, non amplius, immo, ne unquam errore diffunderet a carne obesa, vel infusa (Cant. 1): *Manus, ait, meae stillaverunt myrrham, et digiti mei pleni myrrha probatissima.* Quantum perfusae manus myrrha a stillantibus myrrham, eamque probatissimam absumt? Anna Samuelis propter orationis studium, et votorum fidem, Deo gratam fuisse scio: frequens in illis, in hoc fidelis fuerat, ne maledicta diceretur in populo. Rursus commodato iterum acceperat filium, commodato iterum tradit Deo Maria. Si contemplationis orationumque assiduum studium desideras, etiam sensibus oppressis a summo Dei excubias agebat: unde ait (Cant. 3): *Ego dormio, et cor meum vigilat.* Si voti stabilitatem requiris, non mutuo, non commodato se unigenam offert se ipsam (Luc. 1): *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, et suum unigenitum: Is enim factus est Patri obediens usque ad mortem.* Moabitidis Ruth illa specilega, in aceto tingens panem, sequax gentis suae, et Dei sui, ideo exemplum virtutis Ephrataeis mulieribus facta suo commodato, fecit, apud externos vaga, apud suos domestica, ab illis despecta, ab his suscepta; sequax Dei Maria, non propter ea, quae Dei, sed propter ipsum amorem Dei: *Quid, aiebat Psalmista (Ps. 72), a te in coelo, quid a te volui super terram? Deus cordis mei, Deus pars mea, Deus in aeternum: ego dilecto meo, et dilectus meus mihi.* Quamobrem vidimus Mariam, sicut purpuram regis, iunctam canalibus. Ille

semper etiam dum in morte, velut fasciculus elevatus, crucis ligno trituraretur, etiam dum gladio illo doloris taeta crystallinum buccellam felle, et aceto tinctam aspireret, et in immensum cruciatu delatret, adstiricem, et comitem.

Elisabetha huic sponte cedit. Hanc enim, cum in suis aedibus primum apparuisse ditione, non conditione, visitans novam matrem, quasi mente mota stupuit, et prae stupore vix loquebatur mirabunda (Luc. 1): *Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ad me: mater Domini ad matrem servi? mater Verbi ad matrem infantis? Regina orbis ad suam ancillam? o te beatam, quae credidisti, o te bene fortunatam, quae tam felicem partum concepsisti (ibid.): Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.* Ut hic speciosus forma prae filius hominum, et dives prae omnibus comparticipibus suis: et tu speciosior inter filias Hierusalem, dives inter omnes post particeps tuas. Virgines et ipse, quae se immaculatas sponso nostro coelesti sacraverunt post te, non penes te, absit dictu, ante te, offerunt, in suo vertice altissimi retinens. Cedit huic lumen variantis lunae illarum, quae ad tempus testimonium illustres matrimonii labe suum splendorem fasciarunt; hoc myrrhino peruncta hignore, his pigraentis, et aromatibus delibata, hoc non mutuo, sed coelo muliebri orata nostra Esther Maria dignam se fecit, quae est mater noventi Dei. O beatum ventrem, qui portavit omnia portantem: o beata ubera, quae lactaverunt omnipotentem (ad Heb. 1): *Cui aliquando angelorum dicit, filius meus es tu, ego hodie te? cui aliquando matrum dixit: mater mea es tu, ego enim processi ex te? Soli Mariae hoc datum, cui tantarum matrum esse capacem soli est concessum. Sufficeri Sarae, Rebeccae, Racheli, Ruth, patriarchis, duces et reges, aliis vero prophetas genuisse, haec Regem regum, et Dominum dominantium, qui non solum ad succedandas foeces Israel, et ad Israel reliquias convertendas, sed in lucem gentium datus est.*

A partu suo celebri honoratae fuere illae steriles apud plebem suam, haec honorificata super omnes illas: haec honorificentia populi nostri, mater honorificata. Honorificata ab archangelo, qui illam popule flexo adorans, salutavit: *Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Honorificata a militia coelestis exercitus, qui vocibus altissimis in sublime clati, laudes eius, et filii decantabant: *Gloria in excelsis Deo.* Honorificata a rebus, qui ab Oriente venientes, et in terram

procidentes, matrem, et filium adorant. Honorificata a filio, qui in medio doctorum declinans: *Descendit cum eis in Nazareth, eratque subditus illis*. Et dum provectoris esset aetatis, ad eius preces aquam in vinum convertit. Magis ab eodem honorificata quam olim Bersabea a Salomone, quando penes se iussit ei thronum collocari, et quicquid luberet, postulare. Nam haec regina adstitit a dextris Iesu filii in vestitu deaurato, circumdata varietate: illi ante omnes creaturas proxima, nec nisi gradu unico a sublimitate, et dignitate eius seimicua. Proinde si dignitatem officii attendis, nulla veterum honorificentior.

Porro si modos parturiendi, et pariendi pervestigas, illae septem steriles consuetu naturae ordine matres evaserunt, haec insuetu: antequam enim parturisset, peperit, virgo manens et absque dolore peperit filium, filium autem Dei, Patri consubstantialium.

Alque, ut ad trophaeum b. Virginis super illas inclatas matres redeam, quis illa mentis inops neget, b. Mariam a filio suo super omnia, quae ab illo creata sunt, honore evectam esse? si id, ut Deus pro suae maiestatis infinitate ethere potuit, et ut homo pro clementia sua voluit? ut legislator, propter exemplum debuit? Ut matrem ergo Dei honorum beatam Mariam super alias omnes unam, sed longe minus, quam unum illum Deum, Dei, et huius matris filium.

Tria tamen tempora narrat Evangelistae, quibus humanitas rem aestimandi videretur opportunum fuisse, ut Mariam Christum matrem appellaret: in templo, cum dolore sum mater exposuisset: in nuptiis, cum vini inopiā filio declarasset: sub cruce, dum sola morienti adstitisset. Sed si ex fide sincera haec perpendas, peropportune etiam tunc a matris nomine abstinent. In templo quidem humana mater non agnoscitur, ut coelestis pater placeatur, alque ut scias, ubi Dei causa agitur, humanos affectus seponendos esse; ille, qui extra templum in domo materna, non tantum, ut filius parentibus, sed ut mancipium sponte dominis subiectus est, in domo Dei paternā ignoraret. In nuptiis quoque, quoniam divina potentia miraculum patraturus erat, ut se Patris aeterni filium doceret; quod praesentes ignorabant, maluit beatam Mariam mulierem, quam matrem appellare, ne nihil prae aliarum matrum filii peculiare habere videretur, simul ut intelligeretur, quod matrem haberet in terris, non ut ceteris hominibus necessitatis, sed electionis, ac gratiae fuisse. Quod autem, ne in cruce quidem, nomine blandissimo matris usus sit, id fecisse arbitror piissimum filium, ne amabilissimum matris nomen in tam acerbo filii casu, maternum pectus vulneraret; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VII.

Eulem verba: Beatus venter, qui te portavit, elucilamus, internam b. Virginis puritatem, variis Canticoorum locis explicatis, illustrantes, nonnullaque virginei ventris encomia subiicientes.

Sacra illa Evangelica mulier, cuius meminit d. Luc. (c. 11.) divino spiritu mentem eius irradiante, qui linguas etiam infantium facit disertas, licet alioquin abiectae conditionis, et in dialecticae, ac theologiae studio minime versata esset, in utraque non mediocrem progressum fecisse palam ostendit. Nam dum ait: *Beatus venter qui te portavit*, theologia non ignoram se declaravit, Christum verum hominem confitendo; dialecticae vero non experient aperte commonstravit, argumento a minori ad maius in b. Virginis laudem utens. Nam si beatus est Virginis venter, cum alioquin hic in reliquis foemina corruptionis, et infelicitatis scaturigo esse solet; manifeste relinquatur, Virginei corporis reliqua etiam membra beata esse praedicanda. Sane si quis domum principis alienius ingrediens, viliora vasa ad humilia ministeria destinata, argentea esse videret, continuo inde inferret, calices, et pateras, ac similia alia vasa, multo excellentiora, et pretiosiora esse. Unde (lib. 3. Reg. cap. 7.) legimus, in templo salomonis candelabra, forciopes, immo et portarum clavos ex purissimo confectos auro: ex quo facile colligere licebat, cherubinos, et altare, quod sancta Sanctorum nominabatur, pulchriora, et pretiosiora esse. Similiter etiam (1. Paral. 9.) dicitur, scabellum eius aurum esse: ex quo facile coniectari potest, patinas, et alia, quae regiae eius mensae inserviebant, multo aestimabiliora esse. Si igitur felix, et beatus fuit venter Virginis, beatum fuit etiam caput, beati oculi, beatae genae, beata labia, beatum collum, et beata tandem illius sacri, ac virginei corporis membra cuncta. Verum quia haec omnia ad corporalem pulchritudinem, quae communis est ethnicis, et fidelibus iustis, et iniustis conveniunt; ad spirituales beatae Virginis pulchritudinem me convertunt; illa omnia in sensu mystico explicabo, secutus in hoc doctissimum Rupert. (lib. in Cant. cap. 4.) ubi explicans illa verba: *Quam pulchra es amica mea, oculi tui columbarum*; in septem b. Virginis membris septem eius virtutes adumbrari docet, quae pulchram reddunt sponsam: quia sicut pulchritudo corporis ex apta membrorum compagine cum quadam coloris suavitate oritur; ita pulchritudo animae ex virtutum inter se continentium nexu, et varietate, quam rubicunda charitas omnibus virtutibus aspergit, proficietur: verba Ruperti (l. 3. in Cant. 4.) sunt haec: *O pulchritudo admirabilis, quam sic admiratur, et collaudat pulcherrimus auctor pulchritudinis. Septem praecognitis consideravit oculos, capillos, dentes, labia, genas, collum, et ubera, et pro singulis dilectus singula decantavit dignae col-*

laudationis capitula: laudatur in oculis simplicitas, in capillis cogitationum tuarum munditia, in dentibus innocentia, in labiis doctrina, in genis verecundia, in collo humilitas, in uberibus tuis admiranda cum foecunditate virginitas; haec Rupertus. Quae singula fusiis ipse explicanda prosequitur.

Ut autem interna tantae matris pulchritudo clarius innotescat, Plin. (l. 35. e. 10.) docet, summam picturae subtilitatem cerni in extremis illis lineis: *Corpora enim, inquit, pingere, et media rerum, est quidem magni operis, sed in quo multi gloriam tulerint: extrema corporum facere, et desinentis picturae modum includere, raram in successu artis invenitur; ambire enim debet se extremitas ipsa, et sic desinere, ut promittat alia post se, ostendatque etiam, quae occultat. Quo genere pingendi usa mihi videtur mulier haec Evangelica, quae dum solum ait, virginis ventrem, et viscera esse beata, simul alia quae occultat, beata etiam esse ostendit. Sic ergo Deus supremus rerum opifex mirabilem suae sapientiae artem in matre sua mirabiliter commendans, illam extremis in Virgine lineis decandis mirifice demonstravit. Etenim, cum omnia in Virgine sint summa, et ad extremum perfectionis purae creaturae communicatae perveniant, cetero, quaecumque eius praerogativam, aut excellentiam consideres, ea, tanquam ex ultima linea facile intelliges, innumeras alias occultari, tanquam ex ambiente se extremitate, et multa alia post se quodammodo promittente. Verum, ut hanc miram internam Mariae pulchritudinem magis explicemus, in memoriam revocare oportet verba illa Canticoorum (c. 6.): *Reverte, revertere Sunamitis, reverte, reverte, ut intueamur te*. Magna inter doctores concertatio de appellatione hac, quam Spiritus s. tribuit virgini: nam s. Theodoretus (in comm. huius loc.), Aquila (ibid.), et d. Ambrosius (lib. de ob. Valentin.) legunt: *Sunamitis*, quod idem est, quod *pacifica*. Septuaginta Interpretes, Aponius, Iustus, Orgelitanus, Alanus, Aquinus, Rupertus, d. Anselmus (sup. eund. loc.), nec non divus Bernardus (serm. 3. de annunc.) vertunt: *Sunamitis*, quod idem pollet, quod *Dormiens*, ut docet d. Hieronymus (de nom. Hebr.): Symmachus autem ex originali hebraeo transtulit, *Reverte spoliata*. Quibus sane tribus appellationibus, pacifica, dormiens, et spoliatae, eximiam b. Virginis internam pulchritudinem Spiritus sanctus mirifice detexit. Nam si pacifica, ergo non desideratur in illa beatitudo illa, de qua Christus Dominus (Matth. cap. 5): *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur*. Si spoliata: ergo evangelicam Christi paupertatem imitata, temporalibus omnibus bonis se expolians, melius, quam Apostoli proferre potuisset: *Ece nos reliquimus omnia, et seculi sumus te*. Si tandem dormiens: quis non videat, somnum altissimae contemplationis, quo mens b. Virginis iugiter absorptam verius, quam David iulmare posset: *In pace in idipsum dormiam, et requiescam*. Haec tamen, licet internam Virginis pulchritudinem singulariter manifestent, sequentia pariter verba illam luculentius ostendunt, nam ubi Vulgata nostra legit: *Reverte**

re, ut intueamur te, Septuaginta Interpretes vertunt: *Ut videamus in te*. Ecce silent, quidnam in illa esset videndum, quia id propter eximiam eius pulchritudinem ineffabile adeo esse autumabam, ut nullis posset verbis exprimi, aut subtili quantumcumque calamo scribi.

Ceterum, illud excellentissimum multo spiritualement beatae Virginis pulchritudinem ostendat, quod ipsa inter omnes puras creaturas omnium similissima Deo invenitur, quod sub involucri illorum verborum (Exod. 37): *Fecit Baseleel arcam*, delineatum invenio: nam, ut tradunt Hebraei linguae periti, cum be idem sit, quod *in*, et *et* idem, quod *umbra*, et *et* idem quod *Deus*; perinde fuit, ac si dixisset, fecit in umbra Dei arcam. Consulto missum facio, quod olim amicius, qui a latere amici nunquam recedebat, umbra vocabatur, ut auctor est M. Tullius (lib. 8. epistol.) dicens: *Hominem omentem, et miserum esse, qui se umbram quidem viderit*. Quasi diceret: infelicem illum iudicandum, qui nullum sibi adesse amicum experitur, consulo, inquam, id praetereo; licet hinc ardentissimum beatissimae Virginis cum Deo amicitiam facile possem adstruere, quae a latere Christi ab ortu suo usque ad ultimum vitae altum, Ioanne dicente (c. 19): *Stabat iuxta crucem Maria mater Iesu*, nunquam discessit. Solum ergo in eo vim facio, quod sicut umbra est expressa quadam corporis imago, quae varia illius membra refert, ita tanta est beatae Virginis pulchritudo, ut sublimis, et excellentissimum, quam totus simul creaturarum coetus illum exprimat; et quemadmodum umbra, et corpus illa inter se coniuncta sunt, ut in puncto, quo desinit corpus, ibidem incipit desinere umbra; ita Christus Dominus adeo coniunctus fuit sacratissimae Virgini, ut quodammodo in quadam identitate cum illa coniunctio haec redegerit, propriam matris substantiam assumens, ut proprium ex ea corpus sibi efformaret. Ac tandem, quemadmodum umbra, quamvis corpora multa interponatur, inter ipsam tamen, et corpus, cuius est umbra, non patitur medium aliquod; sic inter Deiparam Virginem, quae vera Dei umbra fuit, et ipsum Deum, nihil prorsus unquam mediaverit. Sane nullus sanctorum ugonari potest, ita Deo coniunctum fuisse, ut nihil unquam mediaverit, dividens, et separans eum a Deo; cum omnes peccato originali fuerint infecti, animam a divina amicitia longe arcente. Nemo etiam sanctorum est inter quem, et Deum non mediaverit aliquis affectus saltem peccati venialis; quod licet Dei amicitiam non solvat, ab eius tamen familiaritate dividit, amicitiae fervorem intercipiens. Beatae autem Virginis sanctitas, ac spiritualis pulchritudo adeo crevit, ut instar umbrae, nihil unquam permisisset etiam minutissimum pulvisculum peccati venialis inter Deum, et ipsam quoquo modo interponi. Unde d. Ambrosius (epist. 5) dixit: *Claudat sua ora perfidia, obmutescat, nec matrem Domini aliquo audeat temerare convicio*: et d. Bonaventura (in 3. distinct. 3. p. 1. art. 1. q. 1.) inquit: *Congruerat adcoctam generis humani, ut nullum haberet peccatum, congruebat, ut Virgo ita viveret diabolum, ut nec ei succumbere*

ret ad modicum congruum etiam fuit, ut sic esset immanuata mente, sicut innumerata carne. Tandem eo pervenit spiritualis pulchritudo beatae Virginis, ut Deus ipse, qui est ipsa pulchritudo per essentiam, amore illius caperetur. Unde, ubi (Cant. 1.) nostra Vulgata legit: *Recti diligunt te, septuaginta Interpretes transulerunt: Rectitudo dilexit te*: quae verba, ut graeci Patres affirmant, sunt adolescentularum, quae videntes sponsum, prae magnitudine amoris sponsae, deliquium pati, dixerunt et, sive per invidiam, ut quidam opinantur; sive per congratulationem, ut mihi magis arridet, *Rectitudo dilexit te*, ac si dicerent, o te felicem, et beatam, cum Deus, qui est ipsa rectitudo per essentiam, et cuius de pulchritudine iudicium fallax esse non potest, amore pulchritudinis ardeat. Quomvis autem commune sit omnibus iustus, ut infusa sibi pulchritudine Deum in amorem suum alliciant, in eo tamen beatae Virginis pulchritudo omnem aliam transcendit, ut propter illam soli Virgini dictum sit a sponso (Cant. 6): *Acerte oculos tuos a me, quia ipsi me avolare fecerunt*. Quo loco Hebraeorum expositiones, et versiones ex originali hebraeo depromptas, maxime observandas censeo. Eleonim Rabbi Abraham sic ea interpretatur: *Acerte oculos tuos a me, quia ipsi fortiores fuerunt me, praevaluerunt mihi et abstulerunt mihi dominum meum*. Quibus verbis indicat, Deum concepta spirituali beatae Virginis pulchritudine, tam ardenti inflammatum amore, ut quasi deliquium mentis pateretur, et dominum sui quodammodo amitteret, totum se Virgini tradens, ac totum se Mariae esse confitens. Atque hinc est, quod ad eandem Marianae pulchritudinem excellentiam commendandam duplici utitur sponsus metaphora: nam (Cant. 1.) postquam appellaverat sponsam, *Pulcherrimam inter mulieres*, subiicit: *Equitavi meo in curribus Pharaonis assimilavi te amica mea*: id est, ad literam: In curribus Pharaonis everendis persimilis fuisti fortissimo meo equitavi. Quae similitudo, licet prima facie ab instituto laudandi pulchritudinem sponsae aliena videatur, quia nihil commune pulchritudo cum equitatu habet; aptissima tamen est ad explicandam b. Virginis pulchritudinem, quae tanta esse perhibetur, ut invincibilem Deum expugnaret. Sicut enim in bello equitatus fortissimus, acerrimus esse solet ad certamen, ita virtutes omnes, ac praerogativae Virginis a charitate, quasi duce instructae erant, veluti quidam equestris exercitus ad ipsius etiam Dei animam per amorem vincendum potentissimus. Unde recte dixit Virgilius (Eclog. 6):

Omnia vincit amor, et nos cedamus amori.

Cui consonat illud:

Militat omnis amans: et habet sua castra Cupido.

Deinde (Cant. 7) ad explicandam eandem Marianae spiritualis pulchritudinis excellentiam, dixit sponsus: *Quam pulchra, et quam decora charissima in deliciis? statura tua assimilata est*

palmae. Quae similitudine aperte significavit b. Virginem inter omnes puras foeminas palmam praefere pulchritudinis, quia tanto reliquas omnes pulchritudine excellit, quanto palma proceritate cunctas superat arbores. Accedit, quod sicut palmae folium speciem refert gladii, ac propterea tot armetur gladiis, quot folii vestitur; ita beata Virgo quot virtutibus exornabatur, ex quibus mira in ea consurgebat pulchritudo, tot quasi acutissimis, et acerrimis gladiis divinum cor transfugebat, ut ipse sponsus faletur (Cant. 4): *Fulverasti cor meum soror mea sponsa in uno oculo tuorum etc.* Rabbi vero Salomon in hunc modum transfert illa verba: *Acerte oculos tuos, quia ipsi me superbare fecerunt*. Cui translationi mihi consentire videtur nostra editio Vulgata, dum legit: *Quia ipsi me avolare fecerunt*. Et in sublime instar superbiendum feruntur. Ecce miram, ac stupendam Marianae pulchritudinis excellentiam, quae eo pervenit, ut Deus ipse eximiam, quam Virgini ididerat, pulchritudinem, observans, de magnitudine suae potentiae gloriaretur, ac laetabundus, de virtute sua effrictus, et quodammodo superbare videatur, quod tanta pulchritudine praeditam Virginem suam omnipotentiae penicillis depingere, ac efformare valuerit.

Atque hinc est, quod sancti Patres, eximiam Virginis pulchritudinem admirantes, praecleara multa de ea nobis contestata reliquere, quorum quaedam non gravabor hic apponere. Divus Bernardus (hom. 3. super missam est) merito inquit: *Concupivit rex decorem virginis, fecerat enim quidquid longe antea praemonita fuerat a patre suo David dicente sibi: Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obli-scere populum tuum, et domum patris tui. Et si hoc feceris, concupiscet rex decorem tuum: audivit quippe, et vidit, non ut quidam, qui audientes non audiunt, et videntes non intelligunt, sed audivit, et credidit, vidit, et intellexit, atque inclinavit aurem suam ad obedientiam, et cor suum ad disciplinam, et oblititae populum suum, et domum patris sui: quia nec populum suum augere prolis successione, nec domum patris sui relinquere curavit haereditatem; sed quicquid honoris in populo, quaevis de paternae domo rerum terrenarum habere potuisset, omnia arbitrata est, ut stercora, ut Christum lucrifaceret; nec se felicitate in intentione, quando, et Christum sibi filium vindicavit, nec propositum pudicitiae violavit; haec d. Bernardus, etc.*

D. Augustinus (serm. 6. de temp.) de Deipara in hunc modum loquitur: *Videamus, quae est illa Virgo tam sancta, ad quam Spiritus S. venire dignatus est, quae tam speciosa, quam Dominus elegit sponsam, quae tam copiosa, cuius generationem totus orbis excipiat, quae tam casta, ut possit Virgo esse post partum? haec est immaculata concebitur, foecunda parti Virgo, et casta perpetuo: haec est sponsa Christi, gentium magistra; sic d. Augustinus, etc.*

His adnectam pulchrum discursum sapientissimi Idiotae, in hoc sapientior, quod prae humilitatis amore, humile hoc nomen sibi impusit. Hic (in lib. contempl. b. Virg.) haec scrip-

sit, per quae spiritualis beatae Virginis pulchritudo egregie describitur: verba eius sunt haec: *Speciesitas tua, beatissima Virgo Maria, designatur per septemque speciem, quae in sacra Scriptura invenitur: est namque species olivae, de qua scribitur: Quasi oliva speciosa in campis: est species columbae, de qua canitur: Vili speciosam, sicut columbam: est species Libani, de qua dicitur: Species eius, ut Libani: est species coeli, de qua legitur: Species coeli cum visione gloriae: est species ignis in nocte, de qua scribitur: Operiebat tabernaculum, quasi species ignis: est species arcus, de qua scribitur: Vide arcum, et benedic eum, qui fecit illum; valde enim speciosus est: est etiam species solis, de qua scribitur: Est enim speciosior sole. Species olivae consistit inter cetera in viroris amoenitate; sic tua species, o beatissima Virgo Maria, consistit inter alia, in fidei sinceritate, et sicut viror paciferae olivae delectat oculum corporis, sic fides tua, quae pacem inter Deum, et hominem reperit, delectat oculum mentis. Species columbae consistit in simplicitate, pulchritudine oculorum, colorum mutatione, et varietate circa collum; sic tua species o beatissima Virgo Maria, consistit in humilitate, pulchritudine sanctorum cogitationum, et doctrinae varietate, quae in collo intelligitur, quia doctrinae fuisse doctorum, et magistra Apostolorum. Unde et beatus Lucas, cui inter ceteros Evangelistas descriptio dominicae incarnationis attribuitur, Evangelium seriem a te Maria didicisse traditur. Species Libani consistit in continua virgultorum foecunditate, et delectabiliu florum candore, et significat, o gloriosissima Virgo Maria, candorem tuae foecundae virginitalis: quia tu es, de qua dicitur: Egredietur virgo de radice losse, et flos de radice eius ascendet, et requiescet super eum spiritus Domini. De tua autem supereminenti virginitate iuste dici potest, quod scribitur: pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. Species coeli est in visione gloriae, et significat in te, sanctissima Virgine Maria contemplationis sublimitatem, de qua scribitur: Species mulieris exhiberet speciem viri. Per quod intelligere quis possit, altitudinem contemplationis acceptam esse, et placentem in conspectu divinae pulchritudinis. Species ignis consistit in ardore, et splendore; in te autem, o beatissima Virgo Maria, fuit ignis charitatis ardens, et splendor ante Deum, et nos miseris peccatores protegens: et sicut tu, regina Virginum nominaris, sic charitas illa tua regina virtutum appellatur, quia virtutis nomen amittit, quae charitati non famulatur. Arcus coelestis fit ex radiis solis in humida nube, et significat incarnationem filii tui superbenedicti in te: tunc enim Sol iustitiae, qui est splendor Patris, ingressurus in mundum, ascendit super nubem levem, id est, sibi univert mundissimam carnem sine pondere peccati, quod factum est in tua carne, in tuo virginali utero, et sic facta est visibilis imago solis iustitiae, cum profusionis gratiarum plenitudine, ut sit visibilis imago solis, cum sit arcus, sed non nisi in die profusionis pluviarum. Species solis consistit in splendentium radiorum emissionem, et significat in te, advocata nostra, virgine Maria, largam gratiae effusionem.*

CARTHAGENA de B. M. V. — Vol. III.

nem in omnes, qui ad te se convertunt; quae es sole speciosior, et emissionem gratiarum foecundat. Tua ergo species, virgo Maria, in corporis castitate, in conscientiae puritate, in exteriori conversatione, et in diuturnum contemplationem consistit. Munda igitur cor meum in mandatum, et iniquitatum, o piissima Virgo Maria, et tuis precibus mihi obtine speciem spirituales, per quam in servitio tuo, et superbenedicti filii placeam tibi in vitam sempiternam. Amen.

Porro, nos aliter philosophantes, ex his quae de corporalibus b. Virginis membris Sponsus edixit, mystice illa interpretantes iuxta morem sanctorum Patrum, spirituales Virginis pulchritudinem deprehendemus. Et quidem in primis Sponsus ad caput sponsae respiciens, in hunc modum eius pulchritudinem laudavit (Cant. 4): *Capilli tui, sicut greges tonsarum, quae ascenderunt de monte Galaad*. Duplicem hic tangit comparisonem: nam primo, caput confert monti Galaad, qui amorem ad speciem, variisque speciebus aromaticis suavissimum odorem emittens, per quem Christus Dominus apte significatur, qui, ut dixit Isaias (cap. 2): *Mons est in vertice montium, et ut ait d. Paulus (ad Ephes. 1): Caput Ecclesiae ipsum dedit*. Significatio autem Galaad, quod acervus testimonii interpretatur, recte in Christum convenit, cum in eum totius legis veteris figurae, ac testimonia coarctarentur, et super eundem sancti homines, et vivi lapides, in aedificium Ecclesiae sicut coarctati; et ut quidam fideiulium poetarum in persona Christi ceclint:

Semper ero testis in coeli sede fidelis.
Spem veniae genti tribunens peccata fatenti.
Insuper et vitae dans pascua semper optinae.

Capilli vero, qui descendunt ex hoc capite, cogitationes erant b. Virginis, quas in Christum caput suum crebro dirigebat: mente enim ascendebat, et descendebat per hunc montem instar angelorum, qui ascendebant, et descendebant per scalam, quam vidit Iacob: ascendebat, cogitans de illo: In principio erat Verbum: et descendebat per eundem, contemplans illud (Ioan. 1): *Et Verbum caro factum est: ascendebat in sinum patrum, ubi Verbum erat apud Deum, et descendebat in probrum uterum materum, ubi Verbum erat apud nos, et habitavit in nobis*. Quod autem huiusmodi capillus cogitationum comparat Sponsus capreis de monte Galaad, illa ratio in promptu est, quod Galaaditiae capreae nigrae erant, aut subrufae, quod geminam cogitationum b. Virginis laudem indicat: nam niger color obscuritatem significat illarum cogitationum, quae propter eximiam earum perfectionem soli Deo innotescebant; alii vero incomprehensibiles erant, ad quod aludens sanctus Theodoretus explicans illud (Cant. 5): *Comae eius sicut lactae palmarum, nigrae quasi corvus, inquit: Dicuntur comae eius nigrae, ut per profundum, et obscurum colorem, abita, et inaccessa incarnationis eius ratio declaratur*. Subrufo etiam colore dicuntur praediti capilli b. Virginis cogitationum, quia subrufo charitatis

colore, qui ardens est, et quodammodo aureus, mirifice erant ornati. Unde, quemadmodum excrecentibus in foemina capillis, solet interdum totum eius corpus cooperiri, ita contemplari licet b. Virginem aureis cogitationibus, et flavis charitatis affectibus totam cooperitam, ut iam non aurea tantum, sed veluti aurum ipsum splenderet, ac nullaret. Quare ad hoc innumdam, ubi Vulgatus Interpres (Cant. 2) legit: *Ne vigilare faciatis dilectam*, Septuaginta Interpretes translulerunt: *Ne vigilare faciatis dilectionem, sive amorem*. Quo manifeste indicare voluerunt, tanta b. Virginem charitate ardere, ut non tam amans, aut diligens, quam amor ipse, ac dilectio esse videretur, etc.

Deinde Sponsus ad pulchritudinem oculorum beatae Virginis se convertens, inquit: *Oculi tui sicut piscinae in Hesebon, quas sunt in porta filiae multitudinis, etc.* Gulielmus (in *com. hui. loc.*) pulchre dixit: *His piscinis assimilantur oculi pie matris: nam plena erat oculis, et utique multo plenior, quam quodlibet illorum quatuor animalium, de quibus scriptum est, quod in circuitu, et intus plena sunt oculis. Plena, inquam, erat oculis providentiae, sine intermissione providendo bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Plane hos oculos eius nullus unquam vel tenuis carnalis insectaeque pulvis fecerat, nullus vel modicus amulatiois, sine iracundiae motus turbavit: sed ad instar aquae vitae, puri semper, ac perlucidi fuerit, quia nihil in se turbulentum habebat; haec ille. Alonius autem (sup. eund. loc.) huic Gulielmi explicationi duplicem aliam apponit; prima est, quam ex doctrina Rupertii (in *cap. 7. Cant.*) deponit, ut propterea oculos beatae Virginis piscinis Hesebon, quae aquarum copiam emittebant, comparaverit, quia lacrymarum fluenta frequenter ex eis, praecipue post filii sui ascensionem prodibat; adeo ut melius, quam David dicere potuisset illud (Ps. 41): *Fuerunt mihi lacrymae meae panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est tem, et post mortem Christi, acerbissimos eius lacrymarum imber ex virgineis oculis decidebat: id quod maxime congruit significationi Hesebon, quod interpretatur, Cingulus moeroris: quia moeror ille ob Christi passionem undique cingebat animam beatae Virginis. Secundam iam expositionem accipe: duplicem laudem Sponsus in praedictis verbis Marianis oculis tribuit; nam et comparat illos piscinis Hesebon, de eisdem ait: *Quod astant portae filiae multitudinis, piscinae, seu stagna, ut vertunt Septuaginta; quia hoc habent speciale, ut eorum aquae summa claritate, et serenitate gaudeant. Ideo Sponsus eis comparat Virginis oculos, qui divinis splendoribus illustrati, secretissima Dei arcana limpidissima cogitatione perspiciebant, ac divinitus confortati, omnis perturbationis expertes, miram serenitatem praeserebant, ut serenissimam reginam Mariam decebat. Tanquam quidpiam mirabile, maris quielem, et serenitatem commemorans poetaur princeps ait:***

Nuper me in littore vidi.
Cum placidum ventis esset mare.

At, post tranquillitatem illam, subito successit tempestas: nec enim unquam maris serenitas stabilis est, sed facile in tempestatem commutatur; serenitas autem oculorum beatae Virginis non variabilis, sed in media insurgente mortis filii sui tempestate, firma semper, et perseverans existit. Secundum Sponsi laudem, quam Mariae oculis adhibet, continent verba sequentia (Cant. 7): *Quae sunt in porta filiae multitudinis: quibus viscera misericordiae beatae Virginis aperte indicavit: nam sicut piscinae illae aderant iuxta portas urbis, ad quas tunc moris erat, varia negotia peragendi causa, magnam hominum multitudinem tam nobilitum, quam ignobilium confluere; ita misericordiae oculi beatae Virginis, quos in Cantico, Salve Regina, Ecclesia Catholica petiit ad se converti: *Illos tuos misericordes oculos ad nos convertite*; materno charitatis affectu in petitiones suorum famulorum, semper intenti sunt ad eorum miseriam sublevandam; et instar aquilae, quae quantumcumque altius evolat, a filiis, quos in nido reliquit, oculos non avertit, ita ipsa, licet ad supremi coeli caucum evolaret, oculi tamen eius semper in pauperes respiciunt, qui misericordiae eius, et magnificientiae se committunt: et utilius, quam Absalon, qui viventibus ad portas usque ad osculum blandiebatur, confugiens ad se singulari benevolentia suscepti, et amplectitur, etc.*

Porro, post commendationem oculorum, ad generum laudem descendit Sponsus, dicens: *Sicut fragmen mali punici, ita genae tuae; quae metaphora verecundiam in beata Virgine commendat: nam sicut cortex mali punici rubens est, ita verecundiae rabor virginum vultus exornare debet: et sicut cortex mali punici durus est, et virtutem stringendum habet, et per illam granorum suavitate, quae suo sinu continet, nutrit, ita dura continentium flagellis, et ieiuniis confecta vita, pudicitiae, et castitatis custos est fidelissima. Unde d. Ambrosius (lib. 3. de *virg.*) ponderans, quomodo Rebecca, cum primum a longe videret vultum Sponsi, continuo faciem suam cooperuit, ut legitur (Genes. cap. 24), sic ait: *In virginibus pudor ornatur aetate, taciturnitas commendat pudorem. An vero medicore pudoris exemplum est, quod Rebecca, cum veniret ad nuptias, sponsumque vidisset, velamen accepit? haec utriusque pulchra virgo non decori timuit, sed pudori; haec ille. Quibus addo, si Rebecca faciem suam velabat, proprio viro ad eam accedente, quid quaequo pulvis facturam, si alienus adventasset? Certe non solum velamen, sed et fugam arripert; ut enim dixit Tertul. (in *lib. de cult. foem.*): *Qui praesumit, minus eretatur, minus praecaelet, plus periclitatur, timor fundamentum salutis est. Rupertii sententia non est praetermittenda, dum (in *com. hui. loc.*) ait: *O vere laudabilis verecundia, ubi est intus conscientia munda, et foris est facies verecunda; nam ubi est aliquid, quo mens erubescat, non adeo laudabile est, si conspectam faciem rabor perfundat. Ab hac ergo verecundia, et pudore Sponsus laudat b. Virgi-****

nem, quam non obscure significavit divus Lucas, dum ait turbatam fuisse in sermone angeli, cum filium concepturam ei praedixit; unde recte d. Bernardus (serm. sup. sign. magn.) dixit: *An vero quis putat, quod haec verecundia carverit gratia, quae gratia plena fuit? verecundia fuit Maria, ex evangelio id probamus: ubi enim aliquando loquax? ubi praesumptuosa fuisse videtur? foris stabat, quaerens loqui filio, nec materna vultoritate, aut sermonem interrupit, aut in habitationem irruit, in qua filius loquebatur. Addo his genus b. Virginis malo punico rubenti comparari, quia et rubore in facie propter opprobria passionis, et mortis filii sui nentiquam erubuit. Unde Beda hunc locum explicans, dixit: *Malum punicum, quia rosei coloris est, passionis dominicae mysterium adumbrat. Hunc igitur colorem beatissima Virgo in facie habens de filio flagellato, et ex turpi patibulo suspensa, tantum abest, ut confunderetur, ut ruborem, et confusionem, tanquam gloriam, et mirum sui nominis beatissimam reputaret, ut quae probe agnosceret, ob merita passionis filii sui ab omnibus gentibus beatam fore praedicandam, iuxta eius vaticinium (Lucas c. 1): *Beatum me dicent omnes generationes, etc.***

Pergit postmodum Sponsus, et labia b. Virginis laudans ait (Cant. cap. 4): *Sicut vitula coccinea, labia tua, et eloquium dulce. Hunc locum ita erudit, et ingeniose doctissimus Gulielmus exposuit (in *comment. hui. loc.*), ut nefas esse putem praecleara eius verba praefere. Etenim silentium eius, ac prudentiam in labiis suis diffusam commendans, sic loquitur: *Parvum est, si dicam, in ore eius non esse inventum mendacium, cum ab ore eius nec verbum quidem sonaverit otiosum; nec enim vel levis Verbi mater verbo poterat offendere. Vir pollutus labiis, ego sum, ait Isaias (cap. 6), et subdit causam: in medio populi polluta labia habentis ego habito. Eximium, et singulare fuit Mariae, in medio talis populi habitare, et labia prorsus impolluta servare, habitans inter peccatores, tam perfectam ori suo posuit custodiam, ut nec levis delinqueret in lingua sua. Nonne haec labia sunt vitulae similia? sicut enim vitula fluentes capillos stringit, ita se labia eius perdiscreti censuram silentii stringebant, ne quod ex eis verbum inordinatum, vel inutile efflueret: lingua eius aequa, ut aliorum, in mundo erat, sed non ut aliorum lingua labebatur, quia discretions vitulae similia? diffusa haec erat gratia in labiis eius; quare non poterat non eloquium eius esse dulce: non tantum sibi carebat a noxia, et inutilibus verbis, sed etiam ab utilibus, cum faceret melius, sed etiam ab utilibus, cum dulci fuit eloquio, quam mater dulcedinis? si ex abundantia cordis os loquitur, quid poterat nubes illa dulcedine gravata, stillare, nisi dulcedinem, nisi mel, et facum: sed cur vitulae coccinea labia similia? per rubentem coccinea passio dominica significatur. Itaque sicut vitula coccinea, labia eius; quoniam tum etiam, cum parietem cerneret filium, silentii distractionem non remisit: adeo ut nec tam acerbus materni affectus dolor evulsum, vel clamorem foemineum, vel vocem ullam animi fracti inditrem extorque-**

ret. *Viderat filium, sicut agnus coram tonante obmutescit, non aperientem in passione os suum, filio compatiens, mater stabat iuxta crucem, doloris acerbitatem sacro silentio premens: aetate labia eius ut vitula fuerunt; tunc autem revera vitulae coccineae simillima fuerunt. Spiritus sanctus testatur, tempus esse loquendi, et tempus tacendi: tempore tacendi, labia eius fuerunt sicut vitula coccinea; sed tempore loquendi sicut mel dulce fluebat eloquium eius: tempus erat tacendi, filio tacite cruciatus perferente: tempus loquendi fuit, postquam idem filius triumphator ab inferis remeavit. Sed quid tum locuta fuerit, tuent sacrae litterae, ut meditatur pietas cogitantis, quod exprimeret nequit ratio disserentis; haec eruditae satis Gulielmus.*

Cuius ultimae interpretationi consentit expositio Bedae in eodem locum assentens, labia b. Virginis vitae puriorum, seu coccineae apse comparari, quoniam Virgo sermones suos purpurei sanguinis in passione Christi effusi, memoria tingere solebat, et veluti coccineae reddere; adumbrari autem passionem Christi per filium coccineum, perspicuum est ex (Iosue 2), cum Raab meretrix ex fenestra funem appendit coccineum, ad cuius conspectum sibi, domoique suae parceretur, ut in eum locum Origenes perducere observavit. Quod autem Sponsus subdit (Cant. 4): *Et eloquium suum dulce, mihi recte explicari videtur per verba eiusdem Sponsi in eodem capite, labia beatae Virginis comparari favo non sterili, aut parco nectaris, sed foecundo, et uberi mel copiosum distillantibus (ibid.): *Favus distillans labia tua suavia, mel, et lac sub lingua tua: quae verba plana videntur mihi dicta b. Virgini, cum proxima erat melliflua illa verba pronuntiatura: quae ad Verbi divini Incarnationem desiderabantur (Luc. 1): *Eccc ancilla Domini, fuit mihi secundum verbum tuum: cum enim Dei Filius suspiris, et clamoribus antiquorum Patrum annuere vellet, qui iam pene usque ad rauedinem vocem exallarunt (Psalm. 75): *Excita Domine potentiam tuam, et veni ad salvandam nos: dum inquam ipse iam excitaret potentiam suam, ut exiret a Patre, et veniret in mundum, non ut iudicaret mundum, sed ut salvaretur mundus per eum, coelestem nuncium ad Virginem misit, in cuius nereo ipse incarnandus erat, ut ad id eius consensus, cooperationem efflagitaret: nolebat enim omnipotens carnem sumere ex ipsa, non sponte, dante ipsa; sicut ad formandam Evam sumpsit de dormiente Adam, qui iam pene usque ad cooperante. Voltit namque Deus, ad maiorem b. Virginis excellentiam, quod incarnatio Verbi divini, et consequenter generis humani salus, dependere a consensu Virginis; quia tamen volebat, hunc consensum verbis exprimi, contempler angulum enixe a Virgine illum deprecantem in haec verba: illa diffide, dabis illi de te, quod in salutem omnium expendatur, credis, scio; sed quia non sufficit credere, quia corde creditur ad iustitiam, ergo autem confessio fit ad salutem, oportet, ut fidem hanc ore verborum, maxime quod Verbum sine tuo verbo carnis sumere recusat. Dic ergo cito, quod dictura es, quia tempus loquendi est, non tem-****

pus facendi; noli tuo silentio salutem humani generis suspendere, ecce ex ore tuo pendent in coelis angeli, hominum amatores; sancti patriarchoe ex limbo, in quo definentur, expectant verbum tuum quasi imbrem serotinum, imo omnis creatura ingemiscit, et parturit usque adhuc sub expectatione verbi dulcissimi, instar mellis ex favo oris tui distillant: adhuc labia tua sunt, sicut mel in favi cera delitescens: fac, ut sint favus distillans. Tunc labia beatæ Virginis distillare coeperunt mel dulcissimum illorum verborum, quod erat sub lingua Virginis: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*. Ad hoc ergo significandum, postquam dixerat Sponsus Virgini (Cant. 4): *Sicut villa cocinea, labia tua, continuo subiunxit: et eloquium tuum dulce*.

Rursus pulchritudinem colli suae sponsae intuens, singulari turris metaphora in haec verba illud commendavit (Cant. 4): *Sicut turris David collum tuum, quae aedificata est cum propugnaculis, mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura fortium*; vel, ut alii transferunt, omnes adtrahe fortium. Scio quosdam Interpretes pro collum b. Virginis intelligere eius intercessionem, pro quam, sicut per collum a Christo capite, divina praesidia, ac coelestia munera in nos transfunduntur. Nec me lateat, alios expositores pro collum Virginis intelligere eius obedientiam; etenim proprium obedientis est, collum subicere ad obedientiam ingum suscipiendum. Novi etiam alios doctores pro collum beatæ Virginis intelligere eius fortitudinem, quia collum membrum est omnium robustissimum, utpote ex ossibus, nervis, et cartilaginibus compactum. His tamen omnibus expositionibus consulto omissis, ne quae latius alibi disseruimus, nunc repetamus; opinor, pro collum Virginis congrue accipi eius charitatem: nam sicut id proprium colli est, ut sit vinculum, et nexus corporis cum capite, ita charitatis, quam Apostolus vocat (ad Coloss. 3), *Vinculum perfectionis*; Super omnia autem haec charitatem habete, quod est vinculum perfectionis, corpus mysticum cum capite suo Christo uniat, et copulat. Sicut autem collum est supra totum corpus, et immediatius capiti, quam illud; ita charitas b. Virginis omnem purae creaturae charitatem superat, et nulla charitate Christi secundum perfectionem immediatior est. Cum autem addit (Cant. 4): *Mille clypei pendunt ex ea*, reliquis virtutes intelligant, quae a charitate pendunt, quibus christiani milites ad praedium armantur, implentes illud d. Pauli (ad Ephes. 6): *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli*; quod enim sunt virtutes in iusto, tot existimata clypeos, ac tot bellica tormenta ad hostium defensionem, et offensionem. Quod autem ex charitate pendent virtutes reliquae, luculentior docent d. Paulus, dum (1. ad Cor. 13) dicit: *Charitas patiens est, benigna est, non cogitat malum, non aemulatur*. Ac tandem merito charitas turri etiam comparatur (Cant. 4): *Sicut turris David collum tuum*: quia sicut capta arce, et diruta turri, facile urbs expugnatur; ita charitate deperditam, civitas animae facili negotio ab hoste oc-

cupatur. Propugnacula vero, quibus turris haec defenditur, opera sunt in charitate facta, quorum exercitium si ab hostibus impediatur, nequam turris ab illis eam invadentibus liberari poterit, etc.

Tandem coelestis Sponsus, virgineum Mariae ventrem pariter, et foecundum intuens, aervo tritici praeclare illum comparavit (Cant. 7): *Venter tuus, sicut aceruus tritici, vallatus liliis*. Hic sane non oportet in laudem b. Virginis ad spirituales ventrem voluntatis illius, quo innumera desideria sancta concipiebat, et totidem merita pariebat, confugere, cum proposita verba apte in corporalem Virginis ventrem convenient; etenim ex purissimo sanguine, quem beatissima Virgo utero suo, tanquam vera mater, ministravit Spiritui sancto, ad temporalem Verbi divini conceptionem, formatus fuit aceruus ille membrorum corporis Christi, quod frumentum fuit electorum. Laborabat fabre orbis universus, et panem parvuli pecebant, et non erat, qui frangeret eius; cuius rei figuram gessit Aegyptus, dum tempore Pharaonis, et Iosephi gravissima fame laborabat. Paravit Deus horream frumenti uberrimum, atque amplissimum, utrum nempere inlegerimus beatissimae Virginis, cunctis hominibus usque ad saturitatem sufficientissimum; quod aperte indicat, existimatae beatæ Virginis foecunditatem, cum fructum protulerit aequalem illi, quem foecundissimus aeterni Patris venter ab aeterno peperit. Unde quidam ad beatam Virginem illa Proverbiorum referunt dicta (Proverb. 18): *De fructu oris viri Dei replentur venter eius*; fructus oris Dei eius filius est, ipso dicente (Eccles. 34): *Ex ore Altissimi prodit*. Hoc ergo fructu replatur venter beatæ Virginis. Quod autem addit, *Vallatus liliis*, virginitatem Marianae foecunditatis individuum comitem denotat. Etenim liliium virgineae puritatis symbolum esse meministi Propertius (lib. 4, eleg. 4), dum ait, virginem Vestalem Tarpeiam Diis suis solitam fuisse, ad suam virginitatem proflendam, lilia in sacrificio offerre:

Saepe tulit blandis argentea lilia Nymphis.

Quin et divus Hieronymus (in Psal. 44), cuius inscriptio est iuxta Hebraicam lectionem: *Super lilia, vel prae liliis*, ipse intelligit virgines. Quae inscriptio satis mihi videtur consentiens et, quam Vulgatus Interpres eidem Psalmo apponit: *Pro his, qui commutabuntur*: nam virgines videntur commutari in angelos. Unde ipse divus Hieronymus testatur, Psalmi illius expositionem ad beatam Virginem praecipue direxisse, eo quod in inscriptione eius invenisset: *Flores litorum*, quae virginitatis sunt symbola: quod idem non obscure delineatum cerno in columnis aereis, quas Salomon (3. Reg. 7) fieri praecipit ante vestibulum templi, super quarum summitatem nihil aliud appositum, quam lilia, ad significandum castitatem, pro candida lilia significatam, tanti ponderis esse propter eius difficultatem, ut opus sit ad illam susulendam fortissimis aereis columnis, hoc est, firmissimis divinae gratiae praesidiis,

HOMILIA VIII.

Deiparam Virginem divinae gratiae miraculum, ac beatum eius ventrem miraculorum officinam esse, aperte commonstramus, in illa eadem verba: Beatus venter, qui te portavit.

Primus, qui mihi videtur, Deiparam Virginem, miraculum appellasse, Ioannes est, dilectus Christi Domini discipulus, et eiusdem Virginis filius singulariter adoptivus, dum (Apoc. 12) vocavit illam magnum signum: *Signum, magnum apparuit in caelo, mulier amicta sole*. Signum enim in sacra Scriptura pro miraculo, et prodigio frequenter usurpatur: unde David (Psal. 134) ait: *Misit signa, et prodigia in medio tui Aegyptae*; et (Act. 5): *Per manus autem Apostolorum fiebant signa, et prodigia multa in plebe*. In hac ergo acceptione vocavit d. Ioannes beatam Virginem, *signum magnum*, id est, grande miraculum. Et quidem, si vera est theologorum sententia, qui cum dicitur Thoma (1. part. quaest. 103. art. 7. et in disp. quae de potent.) docent, miraculum duo importare, et quod sit aliquod superans totam facultatem naturae, et quod sit rarum, non frequens; iure optime Deipara Virgo stupendum miraculum censeri debet, cum et dignitas matris Dei, et supernaturalia divinitus ei infusa charismata totam naturae facultatem longe transcendant; et in eo, quod pariter sit mater, et virgo, ita rara, et unica esse perhibeatur, ut in hoc genere phoenix sit, ac sine exemplo, ad quod respiciens Sponsus dixit (Cant. 6): *Una est columba mea, una est amica mea*, et Ecclesia catholica canit: *Tu sola sine exemplo placuisti Domino nostro Iesu Christo*. Optimo etiam iure appellari potest Deipara miraculum, quia, sicut datur miraculum comparatione operum naturae, eo quod naturalem rerum ordinem excedit; ita b. Virgo comparatione operum gratiae miraculum censenda est, quia in genere sanctitatis fuit supra totum communem ordinem gratiae: adeo ut plus gratiae, aut gloriae sola ipsa obtinuerit, quam omnes sancti, et angeli simul, ut testatur d. Bernardus, qui postquam dixerat, b. Virginem adumbrari pro reginam Esther, quam adamaverit rex super omnes mulieres, et posuit diadema super caput eius, subiicit haec verba: *Istud est diadema speciei, et gloriae corona, qua b. Virgo super angelos coronatur, ut intra Trinitatis gloriam ipsa sola amplius sit coepta, ac plus sanctissimae Trinitatis diligit gloriam, cupiat, sentiat, ac fruatur, quam omnis alia pura creatura simul sumpta*. Sed, ut vestustiores alii Patres stupendam, ac ineffabilem b. Virginis sanctitatem altius considerantes, miraculum illam nuncuparunt. S. Ignatius (in Epist. ad Ioan.) appellat eam *coeleste*, si fas est dicere, *prodigium, et sacratissimum spectaculum*: et s. Ephrem (in orat. de Deip.) sic eam salutat: *Ave praestantissimum universi orbis miraculum*: d. Epiphanius, vero (orat. Deip.): *O Virgo, inquit, san-*

quod et nomina ipsarum columnarum non obscure indicabunt; quarum una Iachin, altera vero Booz nominabatur; utraque autem vox fortitudinem significat. Quid plura? id ipsum e-liam liliii arbusculum manifestat, per illud virginitatem significari; tum quia candidissimi flores profert, tum quia postulat, esse intactum: nam si manibus contingatur, et contrectetur, praeter quam quod marcescit, quod commune est aliis floribus, fragrantem suam odorem amittit, quod proprium esse virginium, nemo est, qui non videat. Quia ergo b. Virgo semper intacta fuit, nullum alium tactum, quam illum Spiritus sancti sentiens, de quo ipsa: *Venter meus intumuit ad tactum eius*; idcirco merito virgineus beatæ Mariae venter liliis decoratur. Quod autem lilia ait vallare illum, plane significat, quod sicut civitate bene circumdata, strenuissimisque militibus undique vallata, hostis eam ingredi non potest; ita beata Virgo tot pudicitiae, et puritatis liliis undique fabre anima, quam corpore, tam mente, quam sensu circumdata erat, ut nec minutissimus alicuius impuritatis pulvisculus eam subintrare quiverit. Unde pie noster s. Bernardinus Busien. hunc eundem locum Cantie, versans (6. par. Mariani. serm. 5. de partur. Mar. par. 2), inquit: *Vallatus, ait, quia venter eius liliis puritatis, et munditiae undique fuit circumdatus, ita, quod hostis in eius cor nunquam intrare potuit, nec aliquam impuritatem immittere valuit: nam intus inceniebat lilium puritatis, lilium castitatis, sursum lilium providentiae de futuris, retro lilium iustitiae de praeteritis, etc.* Vel dicamus aliter: lilia, quae circumdant virginem ventrem, esse sacras virgines, divo Ambrosio dicente (lib. de inst. Virg. cap. 15): *Christi lilia sunt specialiter sacrae virgines, quarum est splendida, et immaculata virginitas*. Etenim virgineus ille venter principium fuit, et origo, iuxta et perennis fons, unde efficacissimo Deiparae exemplo, omnium virginum chori dimanarunt. Vel tandem dicamus, si placet, per aceruum tritici, et lilia, maternam misericordiae viscera, quibus beata Virgo clientulos suos fovet, aperte adumbrari: nam in praesenti vita, tanquam navis insulitoris de longe portans panem suum, frumentum corporis Christi, quod cibetur, et alatur, nobis subministrat; in futura vero, liliis conditionem illam omnibus notissimam imitatur; etenim a terra praecisum non oliatur, sed innata sua virtute nititur complicatos flores, qui nondum eruperant, explicare, ut et candorem suum ostentent, et odorem emittant; ita Deipara Virgo, quamvis alioquin a terra iam praecisa, utpote in coelum iam assumpta, et cum filio coregnans, suorum non immemor, illos inde fovet, et auxilia multa impertitur, quibus suffulit, et snavissimum exemplaris vitae odorem emittunt, ac innocentiae suae candorem in Dei gloriam ostentant, iuxta illud (Matth. 5): *Ut videam opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est*; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.